Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De lamiis et phitonicis mulieribus

Molitoris, Ulrich

[Reutlingen], nicht vor 10. Jan. 1489

Epistola

urn:nbn:de:bsz:31-296690

Visual Library

Te 86,11

WR 389

12

Tractatus ad illuſtriſſi

mum principem dn̄m Sigiſmundū. archiducem auſtrie.
Stirie carinthie ⁊c̄. de lanijs et phitonicis mulieribus per
Ulricum molitoris de conſtantia. ſtudij papienſis. decreto
rum doctorem et curie conſtantien̄. cauſarū patronū. ad ho/
norem eiuſdem principis ac ſub ſue celſitudinis emendatio
ne ſcriptus

Epiſtola

Excellētiſſime p̄nceps
et dn̄e. dn̄e archidux colendiſſime. hūilis vlric⁹
molitoris de conſtātia doctor. tue celſitudinis ſe
ſe in obſequiū offert. Cū itaq ſupioribꝫ annis peſtis quarū
dam laniarū et incantatricū. terras tue excellentie. inuaſiſſe
dicerēt Itaq cum nonnulle tuo ſub imperio mulieres ꝺ hu
iuſmodi hereſi ſuſpecte capte forent. apudq torturam inter
rogate. varia reſponderent. vnd̄ tuis conſulibꝫ. varia. ea de
re interſe opinantibꝫ vno quippe in illam. altero nempe in
aliam partem declinante. tandē apud tuam clemētiam mei
memoria incidit. Itaq pro inſita tua auiditate: veritatem
cognoſcendi. per tue dignationis cōſules demandatū ſuſce/
pi. vt quid ego in ea re ſentirem. id tua excellentie. ſtili officiō
deſignare non omitterem. Uerum quāuis iſtuc laborioſū
et periculoſum ſit. laborioſum quidem mihi in alijs occupa
to. et victum querere curanti. Periculoſum autem propter
inuidos et detractores: qui cuncta que nequeūt imitari nō
tn̄ ceſſant calumniari: et que ipſi ſua inertia experiri non pote
runt: venenoſo dente veluti ſeteger hircus. lacerare nō omit
tunt. Quāuis inſuper iſta materia preclaros etiā doctores
in dubiū aduocauerit Attū dignum exiſtimaui quia ꝓ tua
excellentia corpuſculi mei mēbra tuis obſequijs obtineas. de
uincta eius etiā ſi que ſunt animi vires poſſideas vt dum ex
terioris hōmis ptes ſeſe ad tua deuouerit obſequia. debilis
quoq et rudis intellectus meus ad tue celſitudinis gl̄iam

non dormitet. Opus itaqꝫ preſens ſub tua tuorumqꝫ ſapiē/
tiſſimorum conſulum correctione: preſertim clariſſimi vi/
ri cunradi ıſturꝛel vtriuſqꝫ iuris doctoris ac tue precellētie
maximi ſecretarij. cuius quippe correctioni hunc tractatū
ſpecialius ſubmiſi. Quoniā eundem priſcis tempꝛibus in/
preceptorem et magiſtri locum habui Eloquentie etiam ele
menta iuriſqꝫ ſententias adhuc iuuenis ſuxi, hodieqꝫ ſuge/
re deſiderem. vt ſic agreſſus ſum. Etē̄ cum apud priſcos
oratores dyalogus plerumqꝫ aliquid iocundioris delecta/
tionis afferri extimatum eſt. idcirco preſenti in tractatu per
viam dyalogi imo trilogi procedere decreui: Uerum quia
multa ea de re diſputatione digna cum prouidō et preſtan/
ti viro Cunrado ſchatz huius inclite ciuitatis mee conſtan/
tieñ. plurium annoꝝ pretore. et magiſtratum gerente viro
vtiqꝫ ſpectato ⁊ facūdia florēte receſui. q̇ tanqꝫ pretor hmōi
mľieꝝ ꝯfeſſiones didicit Itaqꝫ ipm̄ pn̄tem dyalogū ſeu try
logū ſub tuo excellētiſſimo ipiuſqꝫ cunradi et meo nomibꝰ
expedire arbitratꝰ ſum. idcirco ſub benignitatis venia. ad
materiā accedēs Quaſdā q̄ſtiones ꝑ claui huiꝰ materie di/
ſcuciendas premiſi

Capitula preſentis tractatus

¶ Primo vtrū ex facto laniaꝝ ⁊ incātatricū ac cooꝑatōe de/
monū poſſint ꝓuocari grādīes ⁊ pruine ac pluuie ī leſiōeꝫ ⁊re
¶ Scdo vtꝝ lanie ⁊ incātatrices poſſint adiutorio dyaboli
hominibus et infantibus nocere ac morbos eiſdem inferre
eoſdemqꝫ debilitare
¶ Tercio vtrū poſſint hoīem etiam cōiugali inſtatu conſti/
tutū ad coeundū inficere et impotentem reddere
¶ Quarto vtrum poſſint hoīm ymagines et facies eorū in
alias formas immutare
¶ Quīto vtꝝ incātatrices ⁊ lanie poſſint ſuꝑ baculū vnctū
vľ ſuꝑ lupū ſeu aliud anīal eq̄tare ⁊ ad ſui ꝯuiuij ludum de
loco ad locum traduci vbi bibant et cōmedant ac mutuo ſe
cognoſcant atqꝫ delectentur